

**COLECCION**  
**DE BULAS, BREVES Y OTROS DOCUMENTOS**

RELATIVOS

A LA IGLESIA DE AMERICA Y FILIPINAS



**COLECCION**  
**DE BULAS, BREVES Y OTROS DOCUMENTOS**

RELATIVOS

**A LA IGLESIA DE AMERICA Y FILIPINAS**

DISPUESTA, ANOTADA E ILUSTRADA

POR

**EL P. FRANCISCO JAVIER IERNAEZ**

De la Compañía de Jesus.

---

**TOMO I**

---

**BRUSELAS**

IMPRENTA DE ALFREDO VROMANT, IMPRESOR-EDITOR

3, CALLE DE LA CHAPELLE, 3

—  
1879

Reprinted by KRAUS REPRINT LTD.

VADUZ

1964



# TRATADO PRIMERO

## PRIVILEGIOS DE LOS REYES CATOLICOS.

Dos causas me mueven á presentar en esta obra los privilegios concedidos por la Santa Sede á los antiguos Reyes Catolicos sobre las Indias. La primera averiguar el origen de la Iglesia Americana y el curso que ha llevado en los tres siglos que cuenta de existencia. La segunda formar una coleccion lo mas completa que me sea posible de todas las Bulas y Breves que han emanado de la Sede Apostolica para las Americas. Estos documentos deben exhibirse en idioma latino como salieron de la fuente, mas para ponerlos al alcance de todos, al pie de cada uno he colocado un resumen en castellano. Despues seguiran las notas que traen los Fastos del Nuevo Orbe en cada una de las ordenaciones, donde se encontraran observaciones interesantes y muy dignas de su sabio autor.

Mas como tambien los Reyes Catolicos despacharon cedula muy interesantes para los Indios, es muy justo las presentemos aqui. Por lo cual dividiremos el tratado en dos secciones. En la primera se presentaran por orden cronologico las Letras Apostolicas en favor de los Reyes, y en la segunda las Cedula Reales despachadas en favor de los Indigenas.

---

## SECCION PRIMERA.

### CONSTITUCIONES APOSTOLICAS EN FAVOR DE LOS REYES.

- 1a Primeros privilegios de Fernando é Isabel, despues de la descubierta de Colon.
- 2a Se les conceden los mismos privilegios que á la corona de Portugal.
- 3a Constitucion sobre las Indias Occidentales.
- 4a Concordias entre Espana y Portugal sobre navegacion.
- 5a Donacion de los diezmos á los Reyes y concordia de estos con los Obispos de America.
- 6a Patronato de los Reyes sobre dichas Iglesias.
- 7a Se exime á los Reyes del diezmo de los metales.
- 8a Concordato de Benedicto XIV con el Rey de Espana.



## SECCION PRIMERA

PRIMEROS PRIVILEGIOS DE FERNANDO É ISABEL LA CATOLICA DESPUES DE LA  
DESCUBIERTA DE COLON.

Alexander Episcopus servus servorum Dei.

Charissimo in Christo Filio Ferdinando, Regi: et Charissimæ in Christo Filix Elisabeth, Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ et Granatæ, illustribus, salutem et apostolicam benedictionem.

Inter cætera divinæ Majestati beneplacita opera, et cordis nostri desiderabilia, illud profecto potissimum extitit, ut fides catholica, christiana religio, nostris præsertim temporibus exaltetur ac ubilibet amplietur et dilatetur, animarumque salus procuretur, ac barbaricæ nationes deprimantur et ad fidem ipsam reducantur. Unde cum ad hanc sacram Petri sedem, divina favente clementia (meritis licet imparibus) evecti fuerimus, cognoscentes, vos, tanquam veros catholicos Reges et Principes, quales semper fuisse novimus, et a vobis præclare gesta, toti pene jam orbi notissima, demonstrant, nedum id exoptare, sed omni conatu, studio et diligentia, nullis laboribus, nullis impensis, nullisque parcendo periculis, etiam proprium sanguinem effundendo, efficere, ac omnem animum vestrum, omnesque conatus ad hoc jam dudum dedicasse, quemadmodum recuperatio regni Granatæ, a tyrannide Saracenorum hodiernis temporibus per vos, cum tanta divini nominis gloria, facta, testatur; digne ducimus non immerito, et debemus illa vobis etiam sponte, et favorabiliter concedere, per quæ hujusmodi sanctum et laudabile, ab immortalis Deo cœptum, propositum in dies ferventiori animo, ad ipsius Dei honorem et imperii christiani propagationem, prosequi valeatis.

§ 1. Sane accepimus, quod vos dudum animum proposueritis, aliquas insulas et terras firmas, remotas et incognitas, ac per alios hactenus non repertas, quærere et invenire, ut illarum incolas et habitatores, ad colendum Redemptorem nostrum et fidem catholicam profuturum, reduceretis, hactenus in expugnatione et recuperatione ipsius regni Granatæ plurimum occupati, hujusmodi sanctum et laudabile propositum vestrum ad optatum finem perducere nequivistis; sed tandem, sicut Domino placuit, regno prædicto recuperato, volentes desiderium adimplere vestrum, dilectum filium Christophorum Columbum, virum utique dignum et plurimum commendandum, ac tanto negotio aptum, cum navigiis et hominibus ad similia instructis, non sine maximis laboribus et periculis ac expensis, destinastis, ut terras firmas et insulas remotas et incognitas hujusmodi, per mare, ubi hactenus navigatum non fuerat, diligenter inquireret.

§ 2. Qui tandem, divino auxilio, facta extrema diligentia, in mare Oceano navigantes, certas insulas remotissimas et etiam terras firmas, quæ per alios hactenus repertæ non fuerant, invenerunt: in quibus quamplurimæ gentes pacifice viventes, et, ut asseritur, nudi incedentes, nec carnibus vescentes, inhabitant: et ut præfati Nuncii vestri possunt opinari, gentes ipsæ, in insulis et terris prædictis habitantes, credunt unum Deum Creatorem in cœlis esse, ac ad fidem catholicam amplexandum et bonis moribus inbuendum satis apti videntur, spesque habetur, quod, si erudirentur, nomen Salvatoris Domini Nostri Jesu Christi in terris et

insulis prædictis faterentur; ac præfatus Christophorus in una ex principalibus insulis prædictis, jam unam turrim satis munitam, in qua certos Christianos, qui secum iverant, in custodiam, et, ut alias insulas et terras firmas, remotas et incognitas inquirerent, posuit, construi et ædificari fecit.

§ 3. In quibus quidem insulis et terris jam repertis aurum, aromata, et aliæ quamplurimæ res pretiosæ diversi generis et diversæ qualitatis reperiuntur.

§ 4. Unde omnibus diligenter, et præsertim fidei catholicæ exaltatione et dilatatione (prout decet catholicos Reges et Principes) consideratis, more progenitorum vestrorum, claræ memoriæ Regum, terras firmas et insulas prædictas, illarumque incolas et habitatores vobis, divina favente clementia, subicere et ad fidem catholicam reducere proposuistis.

§ 5. Nos igitur hujusmodi vestrum sanctum et laudabile propositum plurimum in Domino commendantes, ac cupientes, ut illud ad debitum finem perducat, et ipsum momen Salvatoris nostri in partibus illis inducatur, hortamur vos quamplurimum in Domino et per sacri lavacri susceptionem, qua mandatis Apostolicis obligati estis, et viscera misericordiæ Domini Nostri Jesu Christi attente requirimus, ut, cum expeditionem hujusmodi omnino prosequi et assumere proba mente orthodoxæ Fidei zelo intendatis, populos, in hujusmodi insulis et terris degentes ad christianam religionem suscipiendum inducere velitis et debeatis, nec pericula, nec labores ullo unquam tempore vos deterreant, firma spe fiduciaque conceptis, quod Deus omnipotens conatus vestros feliciter prosequetur.

§ 6. Et ut tanti negotii provinciam, Apostolicæ gratiæ largitate donati, liberius et audacius assumatis, motu proprio, non ad vestram vel alterius pro vobis super hoc nobis oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, et ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes insulas et terras firmas inventas et inveniendas, detectas et detegendas, versus Occidentem et Meridiem, fabricandó et construendo unam lineam a Polo Arctico, scilicet, Septentrione, ad Polum Antarcticum, scilicet, Meridiem, sive terræ firmæ et insulæ inventæ et inveniendæ sint versus Indiam, aut versus aliam quancumque partem, quæ linea distet a qualibet Insularum, quæ vulgariter nuncupantur *de los Azores y Cabo verde* centum leucis versus Occidentem et Meridiem, ita quod omnes insulæ et terræ firmæ, repertæ et reperiendæ, detectæ et detegendæ, a præfata linea versus Occidentem et Meridiem, quæ per alium Regem aut Principem Christianum non fuerint actualiter possessæ usque ad diem Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi proxime præteritum, a quo incipit annus præsens millesimus quadringentesimus nonagesimus tertius, quando fuerunt per Nuncios et Capitaneos vestros inventæ aliquæ prædictarum insularum, auctoritate omnipotentis Dei nobis in beato Petro concessa, ac Vicariatus Jesu Christi, qua fungimur in terris, cum omnibus illarum Dominiis, Civitatibus, Castris, locis et villis, juribusque et jurisdictionibus ac pertinentiis universis, vobis, hæredibusque et successoribus vestris (Castellæ et Legionis Regibus) in perpetuum, tenore præsentium, donamus et assignamus : vosque et hæredes ac successores præfatos illarum dominos cum plena, libera et omnimoda potestate, auctoritate et jurisdictione facimus, constituimus et deputamus.

§ 7. Decernentes nihilominus per hujusmodi donationem, concessionem et assignationem nostram nulli christiano Principi, qui actualiter præfatas insulas et terras firmas possederit usque ad dictum diem Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, jus quæsitum sublatum intelligi posse, aut auferri debere. Et insuper mandamus vobis in virtute sanctæ obedientiæ (sicut pollicemini et non dubitamus, pro vestra maxima devotione et regia magnanimitate vos esse facturos) ad terras firmas et insulas prædictas viros probos et Deum timentes, doctos, peritos et expertos, ad instruendum incolas et habitatores præfatos in fide catholica et bonis

moribus imbuendum, destinare debeatis, omnem debitam diligentiam in præmissis adhibentes.

§ 8. Ac quibuscumque personis, cujuscumque dignitatis, etiam Imperialis et Regalis, status, gradus, ordinis vel conditionis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam eo ipso, si contrafecerint, incurrant, districtius inhibemus, ne ad insulas et terras firmas inventas et inveniendas, detectas et detegendas, versus Occidentem et Meridiem, fabricando et construendo lineam a Polo Aretico ad Polum Antarcticum, sive terræ firmæ et insulæ, inventæ et inveniendæ, sint versus Indiam, aut versus aliquam quamcumque partem, quæ linea distet a qualibet Insularum, quæ vulgariter nuncupantur *delos Azores y Cabo verde*, centum leucis, versus Occidentem et Meridiem, ut præfertur, pro mercibus habendis vel quavis alia de causa, accedere præsumant absque vestra ac hæredum et successorum vestrorum prædictorum licentia speciali.

§ 9. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis quibuscumque. In illo, a quo imperia et dominationes ac bona cuncta procedunt, confidentes, quod dirigente Domino actus vestros, si hujusmodi sanctum et laudabile propositum prosecutionamini, brevi tempore cum felicitate et gloria totius populi christiani, vestri labores et conatus exitum felicissimum consequentur.

§ 10. Verum quia difficile foret, etc. Nulli ergo, etc.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, quarto Nonas Maji, Pontificatus nostri Anno primo. (Ex Bullar. Rom., Coquelines, 4. Alex. p. 233.)

#### RESUMEN CASTELLANO.

El Pontífice alaba y engrandeece el zelo de los Reyes católicos en la propagación de la religión cristiana, por la cual libertaron à Granada de la potestad de los Sarracenos, y por ultimo enviaron à Cristobal Colon à regiones remotas y desconocidas para descubrir nuevas gentes que conozcan y adoren à Jèsu Cristo. — En efecto se encontraron algunas Islas habitadas por gentes de buena indole y propensas a abrazar la religión cristiana. — En dichas Islas se encontraron tambien metales preciosos y riquezas de diversos generos. — El Rey y la Reyna se interesaron sobre todo en extender la fé entre los moradores de aquellas Islas recién descubiertas. — El Pontífice alabando este zelo, le fomenta, exhortando à los Reyes con empeño à continuar la propagación de la fé. — Con este objeto concede à los Reyes católicos las Islas y tierra firme hasta entonces encontradas y las que en el porvenir se encontrasen hacia el Occidente y Mediodia, tirando una línea del polo artico al antartico, cuya línea diste de las Islas Azores y del Cabo verde 100 leguas al Occidente. — Pero al mismo tiempo declara, que no es su intención quitar à los otros Principes cristianos el derecho adquirido sobre las tierras de que se hallasen en posesion antes del año 1493, y de nuevo exorta à los Reyes católicos, que cultiven con esmero las regiones nuevamente descubiertas, enviando à ellas hombres eminentes en doctrina y probidad. — Prohibe el Pontífice que otros principes se acerquen à estas Islas para comerciar, sin previa licencia del Rey. — Se añaden las clausulas derogatorias. — A las copias se les dé la misma fé que à las Letras originales. — Dado en 4 de Mayo de 1493 — 1º de su Pontificado.

#### NOTAS DE LOS FASTOS.

Acerca del primer descubridor del nuevo mundo, nada declara el Pontífice en esta Bula y solo dice que segun noticias que ha recibido la Santa Sede, Cristobal Colon enviado por los Reyes católicos, penetró en algunas Islas y regiones remotas.

La dimension de cien leguas al occidente desde las Islas Azores, se modificó despues en el convenio de



Tordesillas en 7 de Junio de 1434, y se fijó el punto de partida en las Islas del Cabo verde, añadiendo 270 leguas mas de las contenidas et la Bula Alejandrina.

Vulgarmentese cree que el Papa por esta Bula dividio todo el orbe en dos partes, de manera que el hemisferio oriental perteneciese á la corona de Portugal y el occidental á la de Castilla; lo cual es falso y temerario, pues por la Bula se concede á Portugal todo lo que descubra al Oriente y Mediodia, lo mismo que á España se concede todo lo que descubra al Occidente y Mediodia, como lo observo muy bien D. Luis Cerdeño de Monzon en el congreso de Paz Julia, asaber, Beja, que si el Español partiendo hacia el Occidente encontrase algunas Islas al Oriente, que no estuviesen ocupadas por el Portugués, como sucedio con las Filipinas, se considerase Señor de ellas : y lo mismo al Portugués se le considerase dueño de lo que adquiriese partiendo hacia el Oriente. Y por eso tuvo cuidado el Pontifice de manifestar en su Bula que las dos coronas debian navegar con las proas opuestas, para evitar discordias entre los dos Principes.

La fecha que señala el Pontifice para esta posesion es desde el dia de la Natividad de 1493 en que empieza el año, cuyo principio se proroga por rito eclesiastico por toda la octava de la Natividad del Señor.

En cuanto á la donacion que hace el Papa de las nuevas Islas y regiones, dicen Suarez, Lugo, Conink, Bañes, Platel y los Salmaticenses, que por muy ampla que sea en las palabras, siempre se ha de restringir á los terminos de la equidad y derecho : lo que principalmente tiene lugar siempre que se perjudica el derecho de tercero en una donacion indefinida, como sucede en esta : pues los Indigenas, aunque infieles, son dueños y Señores de sus cosas y no se les puede privar de este dominio como lo declaró Paulo Tercero en 23 de Mayo de 1537. Esta fue la mente de Alejandro en la presente donacion, y asi la entendieron los Reyes de España y los mismos descubridores, como lo dice Herrera Decad. 1.<sup>a</sup> lib. 2. cap. 4. Lo cual se halla bien expreso en las leyes de Indias especialmente en la ley 2. tit. 1. lib. 4 que dice asi « Haya entera satisfaccion de que (los Descubridores) no les haran (á los Indios) perjuicio en sus personas y bienes. » La ley 6.<sup>a</sup> dice « se escuse esta palabra *conquista*, por que no ocasione ó dé color, para que se pueda hacer fuerza ó agravio á los Indios. » La ley 10. dice « Los descubridores no tamen sus bienes, sino fuere por rescate, o dandoselos ellos por su libre voluntad. » La ley 1.<sup>a</sup> titul. 7. libr. 4. dice asi. « En estas y en las demas poblaciones tierra adentro, elijan el sitio de los que estuvieren vacantes, sin perjuicio de los Indios y de los naturales ó con su libre consentimiento.

En cuanto á las causas para declarar guerra á los Indios infieles, señala el mismo Bartolome de las Casas, su patrono y defensor, las siguientes : 1.<sup>a</sup> Si ellos acometen a los cristianos.—2.<sup>a</sup> Si ocupan sus tierras—3.<sup>a</sup> Si profanan los templos, los sacramentos, las sagradas imagenes y la fé de Cristo.—4.<sup>a</sup> Si blasfeman con todo conocimiento del nombre de Cristo, de los Santos y de la Iglesia. —5.<sup>a</sup> Si con todo conocimiento impiden la predicacion del Evangelio.

---

5

SE CONCEDEN A LA CORONA DE ESPAÑA LOS PRIVILEGIOS DE LA DE PORTUGAL.

Alexander Episcopus servus servorum Dei.

Carissimo in Christo filio Ferdinando Regi, et Carissimæ in Christo filiæ Elisabeth, Reginae Castellæ, Legionis, Aragonum, et Granatæ, illustribus, salutem et apostolicam benedictionem.

Eximie devotionis sinceritas et integra Fides, quibus Nos et Romanam reveremini Ecclesiam, non indigne merentur, ut illa vobis favorabiliter concedamus, per quæ sanctum et laudabile propositum vestrum, et opus inceptum in quærendis terris et insulis remotis ac incognitis in dies melius et facilius ad honorem Omnipotentis Dei, et Imperii Christiani propagationem ac fidei Catholicæ exaltationem prosequi valeatis. Hodie siquidem omnes, et singulas terras firmas, et insulas remotas et incognitas versus partes Occidentales, et mare Oceanum consistentes, per vos, seu nuntios vestros, ad id

propterea, non sine magnis laboribus, periculis et impensis, destinatos, repertas et reperendas in posterum, quæ sub actuali dominio temporali aliquorum dominorum christianorum constitutæ non essent, cum omnibus illarum dominiis, civitatibus, castris, locis, villis, jurisdictionibus universis, vobis, hæredibusque et successoribus vestris, Castellæ et Legionis Regibus, in perpetuum, motu proprio, et ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, donavimus, concessimus, et assignavimus, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Cum autem alias nonnullis Portugalliæ Regibus, qui in partibus Africae, Guineæ et Mineræ auri, alias insulas, etiam ex similibus concessione et donatione Apostolica eis facta, reppererunt et acquisiverunt, per Sedem Apostolicam diversa privilegia, gratiæ, libertates, immunitates, exemptiones, facultates, literæ et indulta concessa fuerint. Nos volentes etiam (prout dignum et conveniens existit) vos, hæredesque et successores vestros prædictos, non minoribus gratiis, prærogativis, et favoribus prosequi; motu simili, non ad vestram, vel alterius pro vobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, ac eisdem scientia, et Apostolicæ potestatis plenitudine, vobis, et hæredibus et successoribus vestris prædictis, ut in insulis et terris per vos, seu nomine vestro hæctenus repertis hujusmodi, et reperiendis in posterum, omnibus, et singulis gratiis, et privilegiis, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, immunitatibus, literis, et indultis Regibus Portugalliæ concessis hujusmodi, quarum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, haberi volumus pro sufficienter expressis et insertis, uti, potiri et gaudere libere, et licite possitis, et debeatis in omnibus et per omnia, per inde ac si illa omnia vobis ac hæredibus et successoribus vestris præfatis specialiter concessa, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, de speciali dono gratiæ indulgemus, illaque in omnibus et per omnia ad vos, hæredesque ac successores vestros prædictos extendimus pariter, et ampliamus, ac eisdem modo et forma perpetuo concedimus.

Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis: nec non omnibus illis, quæ in literis Portugalliæ Regibus concessis hujusmodi, concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Verum quia difficile foret, præsentibus literas ad singula quæque loca, in quibus expediens foret, deferri, volumus, ac motu et scientia similibus decernimus, quod illarum transumptis manu publici Notarii inde rogati subscriptis, et sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, seu Curia Ecclesiasticæ munitis, ea prorsus fides indubia in judicio et extra, ac alias ubilibet adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum, indulti, extensionis, ampliacionis, concessionis, voluntatis, et decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, quarto nonas Maii, Pontificatus Nostri anno primo. Apud Solorzanum, lib. 2, c. 24, n. 24.

#### RESUMEN CASTELLANO.

El Pontífice concede por esta Bula á los Reyes católicos todas y cada una de las gracias, privilegios, exenciones, facultades, libertades, inmunidades, letras é indultos concedidos anteriormente al Rey de Portugal sobre la India Oriental: *Non obstantibus contrariis quibuscumque* — Dada en 4 de Mayo de 1493.

SE CONCEDEN A FERNANDO É YSABEL LAS REGIONES DE OCCIDENTE  
PARA PROPAGAR LA FÉ.

Alexander Episcopus servus servorum Dei.

Carissimo in Christo filio Ferdinando Regi, et Carissimæ in Christo filiaë Elisabeth, Reginaë Castellæ, Legionis, Aragonum, et Granatæ, illustribus, salutem et Apostolicam benedictionem.

Dudum siquidem omnes et singulas insulas, et terras firmas inventas et inveniendas versus Occidentem et Meridiem, quæ sub actuali dominio temporali aliquorum dominorum Christianorum constitutæ non essent, vobis, hæredibusque et successoribus vestris, Castellæ et Legionis Regibus, in perpetuum, motu proprio, et de certa scientia ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, donavimus, concessimus, et assignavimus, vosque ac hæredes et successores præfatos de illis investivimus, illarumque dominos cum plena, libera, et omnimoda potestate, auctoritate, et jurisdictione constituimus, et deputavimus: prout nostris inde confectis literis, quarum tenorem, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, haberi volumus pro sufficienter expressis, plenius continetur.

Cum autem contingere posset, quod Nuntii, et Capitanei, aut vasalli vestri versus Occidentem et Meridiem navigantes, ad partes Orientales applicarent, ac insulas, et terras firmas, quæ inde fuissent vel essent, reperirent: Nos volentes etiam vos favoribus prosequi gratiosis, motu, et scientia, ac potestatis Apostolicæ plenitudine similibus, donationem, concessionem, assignationem et literas prædictas, cum omnibus, et singulis in eisdem literis contentis clausulis, ad omnes, et singulas insulas, et terras firmas inventas et inveniendas, ac detectas et detegendas, quæ navigando, aut itinere versus Occidentem aut Meridiem hujusmodi, sint vel fuerint aut apparuerint, sive in partibus Occidentalibus vel Meridionalibus, et Orientalibus et Indiæ existant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium in omnibus et per omnia, perinde ac si in literis prædictis de eis plena et expressa mentio facta fuisset, extendimus, pariter et ampliamus. Vobis ac hæredibus et successoribus vestris prædictis per vos, vel alium seu alios corporalem insularum, ac terrarum prædictarum possessionem propria auctoritate libere apprehendendi, ac perpetuo retinendi, illasque adversus quoscumque impediētes, etiam defendendi, plenam et liberam facultatem concedentes, ac quibuscumque personis etiam cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam contra facientes eo ipso incurrant, districtius inhibentes, ne ad partes prædictas ad navigandum, piscandum vel inquirendum insulas vel terras firmas, aut quovis alio respectu seu colore, ire vel mittere quoquomodo præsumant, absque expressa vel speciali vestra, ac hæredum et successorum prædictorum licentia. Non obstantibus constitutionibus, facultatibus, assignationibus, per Nos vel prædecessores nostros, quibuscumque Regibus, vel Principibus, infantibus, aut quibusvis aliis personis aut Ordinibus et Militiis de prædictis partibus, maribus, insulis atque terris, vel aliqua eorum parte, ex quibusvis causis etiam pietatis, vel fidei, aut redemptionis captivorum, et aliis quantumcumque urgentissimis, et cum quibusvis clausulis etiam derogatoriis derogatoriis, fortioribus, efficacioribus et insolitis, etiam

quascumque sententias, censuras, et pœnas in se continentibus, quæ suum per actualem, et realem possessionem non essent sortitæ effectum, licet forsân aliquando illi, quibus donationes, et concessiones hujusmodi factæ fuissent, aut eorum Nuntii ibidem navigassent. Quas, tenores illarum etiam præsentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, omnino revocamus, ac quoad terras et insulas per eos actualiter non possessa pro insertis habere volumus; nec non omnibus illis, quæ in literis prædictis voluimus non obstare, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio, 6. Kalend. Octobris, Pontificatus Nostri anno 2.

Extat apud Solorzanum tom. 1º. lib. 2. cap. 24.

#### RESUMEN CASTELLANO.

Por estas Letras extiende el Pontífice la donacion hecha á los Reyes catolicos á todas y cada una de las Islas y tierras firmes que navegando ó caminando hacia el Occidente y Mediodia hayan ocupado ú ocuparen dichos Reyes, ya sea en la parte occidental, ó meridional, ya tambien en la parte oriental y de la India. I se prohíbe á cualesquiera personas, bajo excomunion *latæ sententiæ*, que se acerquen a dichas partes ó envíen á otros para navegar, pescar ó inquirir sin previa licencia del Rey de Espana. — Dada en 26 de setº 1493.

#### NOTAS DE LOS FASTOS — ORD. 13.

Por las palabras de esta Bula « ya sea en la parte oriental y de la India » se esclarece mas, que la mente del Pontífice, como arriba se dijo, no fue dividir en dos partes todo el orbe, de modo que la parte oriental se adjudicase á la corona de Portugal, y la occidental á la de Castilla; pues se concede á los Castellanos ocupar las tierras que encuentren en la parte oriental y en la India, navegando hacia el Occidente y Mediodia. En cuyo error parece inexcusable Solorzano, por ser el unico que trae la presente constitucion. El Pontífice tampoco menciona aqui el punto de navegacion para los Castellanos, ni señaló trescientas leguas desde las Azores como dice Briccio, y menos trescientas cuarenta como quiere Solorzano, sino cien legas. La adición de doscientas y setenta leguas ademas de las ciento, no se hizo por el Papa Alejandro, sino por mutuo convenio de las dos partes, llamada la concordia de Tordesillas, la cual aprobó y confirmó Julio II en 1506. Vease la Bula en a parte 7ª Tratado de la India Oriental.

Sobre aquellas palabras « sin previa licencia del Rey » viene la litis famosa entre Grocio Holandes y Seldeno Ingles, asaber, si la mar es libre ó se puede cerrar por derecho de dominio, de manera que no se pueda navegar por el sin previa licencia: de cuya cuestion trata Solorzano lib. 3, cap. 3, n. 27.

#### CONCORDIAS ENTRE ESPAÑA Y PORTUGAL SOBRE NAVEGACION.

##### Convenio celebrado en Alcantara.

Sixto IV confirma las Bulas de Nicolao y Calixto sus predecesores y la convencion celebrada entre las dos coronas, por la cual se pone en posesion al Lusitano de todo el comercio, tierras y permutas de la Guinea, Islas de la Madera, de Porto-Santo, de los Azores, de Florez y cualesquiera otras Islas que se hallasen mas allá y en frente de la Guinea, exceptuando solo las Islas de Lanzarote, de la Palma, de Fuerte-Ventura, de la Gomera, del Fierro, la Graciosa, la Gran Canaria, Tenerife y todas las demas Islas de Canarias. Empieza esta Bula « *Æterni Regis* » fue dada en 22 de Junio de 1481. Vease en el tratado de la India Oriental.

Notan los Fastos que esta concordia se celebró en Alcantara dos años antes que saliese

esta Bula, esto es en 1479 y cita á Mariana en su Historia lib. 24, cap. 20. La Bula no hace otra cosa que aprobar y confirmar la concordia entre las dos coronas y fue expedida á peticion del Rey de Portugal, por cuya razon se halla incorporada abajo entre las Bulas Lusitanas.

Lo mismo sucede con la concordia que sigue, celebrada en Tordesillas donde los Reyes catolicos tenian su sitio real, el mismo donde murio despues en 1555 la Reina D<sup>a</sup> Juana, madre del Emperador Carlos V. Esta concordia se celebro en 7 de Junio de 1494, y á peticion del Lusitano fue aprobada y confirmada por Julio Segundo en 23 de Enero de 1506. Mas como algunos escritores confunden la concordia con la Bula, se pone á continuacion la relacion que á este proposito traen los Fastos.

#### CONCORDIA DE TORDESILLAS ENTRE LAS DOS CORONAS.

Citan los Fastos una Bula de Alejandro sexto dada en 7 de Junio de 1494 en que se dirime la litis de navegacion entre las dos coronas. Sobre cuya cuestion hay entre los historiadores grandes errores, los cuales Morelli descubre del modo siguiente — Fr. Domingo Tejeira Agustino en la vida de D. Gomez Freire de Andrade p. 2. l. 3, dice asi : « Tirada « una linea desde la isla de S. Antonio, que se llama *de Los Azores*, como lo dispuso Alejandro « Sexto en dos Bulas, la una expedida en Mayo de 1493 y la otra en 7 de Julio de 1494. « Por la segunda se anadieron trescientas leguas en favor del Portugal hacia el Ocaso, ademas « de las ciento concedidas en la primera. » Tejeira sigue de lejos á Mariana lib. 26, cap. 3, que dice asi. — « Resulto de las navegaciones de Colon y Americo cierta diferencia entre « Castilla y Portugal, á causa que el Portugues pretendia pertenecelle por concesion de los « Pontifices, y en particular de Eugenio IV, todo el descubrimiento del nuevo mundo. El « Rey de Castilla alegaba en contra una Bulla de Alejandro VI, en que en el ano de 1493 le « concedio, que tirada con la imaginacion una linea de polo á polo cien leguas mas adelante de las « islas Hesperides, que hoy se llaman de Cabo-Verde, todo lo que de aquella linea se descu- « briese al poniente, fuese suyo, y que al Portugues quedase todo lo demas. La cual concesion « modifiko despues con otra Bulla, en que mandó que la dicha linea de la demarcacion se « senalase otras trescientas y setenta leguas mas adelante hacia el poniente, y esto para que « el Brasil de nuevo descubierto se comprendiese dentro de la conquista de Portugal. »

Pero muy enganados, dice Morelli, estan estos historiadores, como sucede regularmente á los Europeos cuando escriben de las Indias. La isla de S. Antonio no es una de las Terciarias, vulgarmente llamadas de los Azores, sino una de las del Cabo-Verde. Ni el Pontifice la mencionó en su Bula, sino que determinó una de los Azores y de Cabo-Verde. Por lo cual no se ha de entender que son las mismas islas las de los Azores que las de Cabo-Verde, como alguno ha pensado, sino que se designa, segun la mente del Pontifice, alguna de las contenidas bajo los dos nombres, del mismo modo que si uno hablase indeterminadamente de alguna de las Baleares ó de las Equinadas.

A las cien leguas de la primera concesion Alejandrina, no se anadieron trescientas setenta, como escribe Mariana, ni trescientas, como dice Tejeira. Ni se habia descubierto el Brasil cuando se pusieron los limites de la primera concesion, sino que se descubrio por el Vicentino Janez Pinzon en favor de Castilla en 26 de Enero de 1500 : despues fue descubierto por Pedro Cabral en favor del Portugal en 24 de Abril del mismo ano, como escriben los Trebulcianos. No se hizo pues esta demarcacion para que el Brasil quedase al Portugal en 1494, cuando no era conocido. Ni se movio en dicha demarcacion disputa alguna por las navegaciones de Americo Vespucio que no vio la America hasta el ano 1497 ó mas tarde como lo nota Pinelo

